Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 238

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 100.

reperi. 4 demum operis conclusio hæc est:
" Quodsi aliquis invidorum hec que in carita-
" te scripsi voluerit reprehendere reprehen-
" dat doctores quorum sentencias posui et
" si male estimat me intelligere auctoritates
" Jeronimi contra Jovinianum quarum mul-
" tas posui legat Jeronimum ad pamacium
" et videat si juste reprehendat. Ibi enim
" probat omnia denuo que contra Jovinianum
" dixerat. Quodsi adhuc reprehendat adhuc
" utique virginitatem nupciis preferam quam-
" diu vivam!" Hæc Hugonem scripsisse
nemo sibi persuadere poterit, qui noverit
Hugonis scripta.
Authorem hujus dialogi esse Vener. Michaelem
Priorem Carthusiæ Pragensis, Gyriacensis, et
Agsbacensis, qui aõ 1401 decessit, edoctus
sum a Bernardo Pezio in Bibl: Ascet: T. II. p. 5.
ubi integer habetur impressus. Plura vide
ibidem in præfatione, et quos ibi laudat.

Cod. CCXXXVIIII.

Membran: Fol: maj: Sæc: 12. & 13.

B
f. 1.

1.

Concilium provinciale habitum Vienæ in Austria aõ 1267.

Concilium provinciale habitum Viennæ
in Austria per Pontificis Clementis IV.
Legatum Guidonem Cardin: aõ 1267. In-
cipit: " Frater Gwido miseracione di-
" vina tytuli sancti laurencii in lucina
" presbyter cardinalis apostolice sedis
" legatus ad perpetuam rei memoriam.
" Postquam deus formavit hominem. In fi-
ne: " acta sunt hec Wienne in Austria anno

1ª – 2ᵇ

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 238

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 101.

" domini M°. CC°. LXVII. IIII° Idus Maij."
Edita sunt hæc acta a Wolfgango Lazio
rerum Viennens: lib: 2. Cap. 4. ab Henrico
Canis: Antiq: Lect: T. I. a Petro Lambec:
emendata in Coment: Bibl: Cæs: (edit Vindo-
bon: 1669.) libr: 2. Cap: 3. pag: 61. et novissi-
me ab Harzheim Conc: Germ: T. III. p: 632.

2.

Concilium Pataviense ad S. Hyppolytum aō 1284 &c.

2b–6b

Concilium Pataviense ad S. Hyppolytum
celebratum a Gotfrido Epis: Pataviensi
aō 1284. Incipit: "Quoniam sedes apo-
" stolica nos in partem solicitudinis
" evocavit." Extat apud Harzheim: Concil:
Germ: T. III. p. 673. ubi 34 Capitibus con-
stat; noster autem Codex absolvitur ca-
pite 31. Complectitur tamen Additio-
nem ad Concilium Pataviense (: Harzheim
l: c: pag: 681:) quæ incipit: "Anno domini
" M° CC° LXXIIII°. (a) Nos Gotfridus dei gracia
" ecclesie Pataviensis episcopus apud Sanctum
" Ypolitum capitulum celebrantes et de con-
" silio fratrum nostrorum Prelatorum ac
" archidiaconorum nostrorum Statutis et
" ordinationibus predecessorum nostrorum
" que ibidem publicari fecimus declaracio-
" nes quasdam ordinaciones ac Statuta ad-
" denda decrevimus, que pro instancia tem-
" poris cognovimus expedire." Plura, qui
de his capit, adeat Harzheimium l: c:
Vide etiam infra Cod. CCLXXXII. n. 10.

(a) Et error Scriptoris: oportuisset poni annus M° CC LXXXIIII.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 238

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 102.

Litteræ donationum factarum Ardacensi ecclesiæ.

7a – 8a

3

Litteræ donationum factarum Canonicorum Ecclesiæ Ardacensi, nempe: Magistri H: dicti de S. Petronella Canonici Ardacensis; sine anno: Hermani Ecclesiæ Ardacens. Præpositi ab annis 1288. 1293. et 1296. Ulrici de Luhsnek Canon: Ardacens. partim sine anno partim ab anno 1315. Chunradi militis dicti Stevenshaerder ab ão 1308.

Biblia Sacra V. & N. Testam:

9a –

4

Biblia Sacra V. & N. Testamenti cum prologis S. Hieronymi, et aliorum. Versuum nulla reperitur distinctio, capitum vero alia ac in nostris habetur bibliis. Ab initio magna lacuna est: incipit enim liber Genesis a Cap: 37. vers: 22. Nonin terficiamus animam ejus. Pentateuchum excipiunt libri: Josue, Judicum, Ruth, Psalmorum, qui Origo Prophetiæ regis David inscribuntur; Psalmus: Domine exaudi orationem meam /: in Vulgata 101: / rubricam præfert: Oratio pauperis cum effuderit preces. Psalmos imediate sequuntur libri N: T: videlicet: 4 Evangelia, Acta Apostolorum Pauli epistolæ ad Romanos; Corinth: Galat: Ephesios Philipp: Colossens: Thessalon: Timotheum Tit: Philem: et Hebraeos, et Apocalypsis.

Dolendum sane, hunc codicem, qui certe antiquioribus Bibliothecæ nostræ accensendus est, tantopere vitiatum esse.

5.

Henrici III. Imp. Littera fundat. Ecclesiæ colleg. Ardacensis. 107^b	Henrici III Imperatoris Littera fundationis Ecclesiæ Ardacensis collegiatæ, ab ão 1049. Exhibet easdem Duellius in Miscell. l. I. p. 106. sed minus emendatas.
Ejusdem dedicatio. [illegible] 1049 [illegible] [illegible] Isidor [illegible] Cod. [illegible] Am 21. Febr. 1917 vom österr. Institut f. Geschichtsforschung in photogr. Wiedergabe verlangt für die Monumenta Germ. hist., lange vergeblich im Cod. gesucht, endlich fol. 107^v von P. Petrus Ortmayr gefunden. (Bibl. P. Anselm Sulzer)	Subjungitur hisce aliud documentum x) de dedicatione ejusdem ecclesiæ, quod incipit: " Anno dominice incarnacionis Millesimo LXIII. indict. 1. II. non. sept. dedicata est + hec ecclesia a venerabili annone coloniensis ecclesie archiepiscopo cooperantibus scilicet Sigefrido maguncia censi archiep. adalberto bremensi archiepisc. ellenhardo frisingensi episc. aliisque XXIIII. in honorem," &c.
	x) Hoc documentum invenies fol. 107.^v
	fol. 198 Littera donationum de Illesaus, praepositus Ardacensis (anno ca. 1150)

Cod. CC XXXIX.

Chartac. Fol. Sæc. 15.

B 1.2.

1.

Petri N. Postilla in omnes dominicas. 1^a – 57^a	Petri cujusdam Postilla in omnes dominicas per annum. Prima incipit: " Cum appropinquasset Jesus ierosolimis &c. Tempus quod hodie incipit et durat" &c. In calce legitur: " Explicit postilla petri."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 238

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27590

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)